

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De institutis coenobiorum

Cassianus, Johannes

[Basel], nach Sept. 1485

Prefatio beati Iohannis heremite qui Cassianos dicitur

[urn:nbn:de:bsz:31-306702](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306702)

Prefatio

Incipit prefatio beati Johannis heremite qui Lascianus dicitur in duodecim libros de institutis cenobiorum et de octo principalium vicioꝝ remedijs

Ueteris instrumenti narrat historia sapientissimū salomonem post acceptam diuinitus sapiētiā

prudētiāq; multam nimis et latitudinem cordis quasi arenam maris innumerabilem ita ut domini testimonio nullus ei similis retroactis temporibus extitisset neq; post eū surrecturus esse dicitur illud magnificū dñō templum extruere cupientem alienigene regis tyri auxiliū poposcisse. Qui misso ad se byram filio mulieris viduę quicquid diuina sapia suggerente p̄clarum in templo dñi vel i sacris vasis moliebat ministerio ei ac dispositione p̄fecit. Si ergo ille vniuersis regnis terre sublimior principatus et israelitici generis nobilior excellentiorq; p̄genies illaq; sapientia diuinitus inspirata que cunctorū orientaliū et egyptiorum disciplinas et instituta supabat nequa q̄ pauperis atq; alienigene viri cōsiliū redignat recte etiam tu his eruditus exemplis beatissime papa castorū verum ac rationabile deo templū nō sapidibus insensibilibus sed sanctorū virorum cōgregatione nec temporale et corruptibile sed eternū atq; inexpugnabile edificare disponēs vasa etiam preciosissima dñō cupiens cōsecrare non multo auri metallo argenti ve conflata q̄ post rex babilonis capta concubinarū suarum ac principum deputet voluptatis animabus sanctis que innocentie iusticie et castitatis integritate fulgētes regē ebustum in semetipsis circūferant cōmorantem egenum me omi q; ex parte pau-

perinum ad cōmunionē tanti operis dignaris adsciscere. In provincia siquidem tua cenobiorū ex parte orientaliū maximeq; egyptiorum volens instituta fundare cum sis ipse cunctis virtutibus scientiaq; p̄fectus et vniuersis ita referentis diuitijs spiritualibus ut p̄fectionem querentibus satis abunde q; non mō tu sermo sed etiam sola vita sufficiat ad exemplum me q; elinguem et pauperē sermone atq; scientia ut aliquid ad exemplum tui desiderij de inopia sensus mei conferam poscis precipisq; ut instituta monasteriorū que p̄ egyptum ac palestina custodiri cōspectimus ita ut ibi nobis a patribus tradita sunt quibus imperito digeram stilo non leuē sermone inquirēs in quo ipse adprime es eruditus sed sanctorū simplicem vitam simplici sermone fratribus in nouello monasterio tuo cupiens explanari. Cui rei quantum me pius ardo desiderij tui puocat obedire tantū p̄multiplices estuum moles volentem obtemperare deterrent. Primum quia nec vite meę ita equiparant merita ut cōfidam me res tam arduas tam obscuras tam sanctas digne posse animo ac mēte complecti. Secūdo quod ea que a puericia nostra inter eosdem cōstituti atq; iporum icitati quotidianis adhortationibus et exemplis vel agere temptauimus vel didicimus vel visu percipimus minime iam possumus ad integrū retinere tot annorū circulis ab eorū consortio et imitatione conuersationis abstracti presertim cū harū rerum ratione qua q; possit ociosa meditatione doctrina q; abstrahere vel tradi vel intelligi vel memoria contineri totū nanq; in sola experientia vsu q; consistit et quemadmodum tradi nisi ab expro non queunt ita nec percipi quidem vel intelligi nisi ab eo qui ea pari studio ac sudore a p̄prehendere elaborauerit possunt que tamen si collatione iungi spiritualiū virorū frequēter discussa nō fuerint et polita cito mēte retrorsum icuria dilabūt. Tertio quia id

A

Prefatio

ipsum quod utique non pro merito rei sed pro presentis temporis statu possumus meminisse. Imperitorum sermo congrue non valet explicare. **H**uc accedit quod super hac re viri et vita non biles et sermone scientiaque perclari multa iam opuscula desudant. sanctum basilium et hieronymum dico aliosque nonnullos quorum anteriori sciscitantibus fratribus super diversis institutis vel questionibus non solum facundo verumetiam diuinarum scripturarum testimonijs copioso sermone respondit. alius vero non solum suo elucubratos ingenio edidit libros. verumetiam greca lingua digestos. in latinum protulit eloquium. **P**ost quorum tam exuberantia eloquentie flumina. possem non immerito presumptionis notari. si aliquid stillidij huius inferre temptassem. nisi me hec fiducia tue sanctitatis animaret et sponsio. quod vel tibi bene forent accepte qualecunque sunt. vel eas congregationi fratrum in nouello tamen monasterio commorantium deputares. **Q**ui si quid a nobis minus forsitan caute. platur fuerit. et pie relegat et cum venia indulgentiore sustentet. fidem potius mei sermonis quam venustatem eloquij requirentes. **Q**uia propter beatissime papae. vnicuique religionis et humilitatis exemplar. tuis precibus animatus. super vires ingenij mei opus quod iniungis aggrediar. et ea que omnimodis intacta relicta sunt ab anterioribus nostris. utpote quae audita potius quam experta describere temptauerunt. velut rudi monasterio. et veritate sitientibus imitabo. **N**ec plane mirabilis dei signorumque narratione studet cōtexere. que quibus multa per seniores nostros et incredibilia non solum audierim. verumetiam sub obtutibus nostris perspexerimus impleta. tamen his omnibus pretermisissis. que legentibus propter admirationem nihil amplius ad instructionem perfecte vite conferunt. instituta eorum tantummodo ac monasterio per regulas. maximeque principalium viciozum que octo ab eis designantur originis et causas. curationesque super traditiones eorum. quantum domino adiuvante potue-

ro fideliter explicare contendam. **P**ropositum siquidem mihi est. non de mirabilibus dei sed de correctione morum nostrorum et consummatione vite perfecte. super ea que a senioribus nostris accepimus pauca disserere. **I**n eo quod preceptis tuis satisfacere studebo. ut si quid forte non super typum maiorum antiquissima constitutione fundatum. sed per arbitrium vniuscuiusque instituentis monasterium vel diminutum vel additum in istis regionibus comprobauero. super eam quam vidimus monasteriorum regulam per egyptum vel palestinam antiquitus fundatorum. fidei sermone vel adijciam vel recidam. **N**ecque enim credas rationabili quod propria vel perfectius constitutionem nonellam in occidentis galliarum partibus reperire potuisse. quam illa sunt instituta. in quibus ab exordio predicationis apostolice a sanctis ac spiritualibus patribus fundata monasteria ad nos usque perdurant. **N**am sane moderatione opusculo huic inferre presumam. ut ea que super egyptiorum regulam. seu per asperitatem aeris seu per difficultatem ac diversitatem morum impossibilia in his regionibus vel dura vel ardua comprobauero. institutis monasteriorum que per palestinam vel mesopotamiam habentur. aliquatenus tempem. quod si rationalis possibilium mensura seruet. eadeque obseruatione perfectio est etiam in impari facultate

ExPLICIT prefatio. **I**ncipiunt capitula libri primi de habitu monachi.

Cap. primum

- R**oemium
i De cingulo monachi
ii De veste monachi.
iii De cucullis egyptiorum.
iiii De collobijs egyptiorum
v De rebriachiatorijs
vi De mafortibus eorum
vii De mellote et pelle caprina
viii De baculo
ix De calciamentis eorum.
x De temperamento obseruatione que super aerum qualitatem vel usum